

M I M

1 6 4 8



~~C. 6. 5~~
Ll, 2, 3.

30 B 10.

In usum Pedagogii
Regii Glaucensis

MONUMENTA EXSEQVIALIA

ab admodum REVERENDIS, EXCELLENTIS-
SIMIS, AMPLISS. THEOLOGIS, Clariss. Spectatisf. Con-
sultissimis POLITICIS in veteri & literatâ Republicâ

LIGIORUM

OPT. INDOL. RAR. PIETAT. PATIENT. MO-
DEST. ADOLESCENTULO, DEO grato, Bonis
omnibus gratioso

GOTTFRIDO

MICHÄELIS insignis THEOLOGI, & POLITICI, EX-
CELLENTIS HEBRÆI b. m. NEPOTI,

R. V. M. JOHANNIS PASTOR. EC-
CLESIAE LASANO - PETROVICENÆ hactenus, i. t. in

hac flammâ rerum apud OLSENITIOS DUCAL.
MINERVII RECTOR. & INSPECTOR. FILIO

VIEBINGIO

CUM

SUPREMO BIARCHO SIC DISPONENTE

inversò FATOR. ordine, ex vitæ hujus calamitosissimæ scenâ,
ad ineffabilem triumphantis Ecclesiæ beatitatem, magno SUI DESID.

relictò, Annò à partu novitatis, & incarnatione VERBI mirifici

CIO ID CXLVI. D. XIX. AUGUST. HOR. XII. ME-
RIDIAN. NOVENAR. Climactericò primò absolutò, avocatus esset

honoris & memoria ergo ex singulari cura, & christiana
charitatis piò officio

P. P.

In TYPOCHYTÆ SEYFFERTI OFFICINA propriis literis exscripta.

um
NATI

E;

ratisfimi
us Sym
tit.



GOTEFREDUS VIEBINGIUS

per Anagramma

DIVUS E SEGNI ORBE FUGIT.

Hoc Ego de Puerò verè conscribere possum :
E SEGNI DIVUS gnaviter ORBE FUGIT.
Portio pulchra Scholæ, PUER ò carissime, salve!
Salve cœlestis portio facta Scholæ!

THEOPHILUS FEIGIUS


*Superintend. in Ducat. LIGNIC.
ac WOLAV. Administrator, Con-
sistorialis, & in illustri JOHAN-
NEO LIGNIC. Pastor.*



Omnia qui justo disponit tempore, cuncta
Pondere, mensurâ, qui jubet esse, DEUS,
Subtraxit justò TIBI NATUM tempore, pectus
Qui TIBI, qui CORDIS portio magna fuit,
Horticola justò ceu nòrunt tempore stirpes
Transferre, atq; suo cuncta locare loco;
Subtraxit mundo, varii qui criminis hospes,
Immundumq; simul NEQUITIÆ STABULUM;
Transtulit in nitidi viridaria florida Cœli,
Sunt ubi vita, salus, gaudia certa, quies.
VIEBINGI gaude! Mundo qui desit esse
Filius, in cœlo PLANTA CORUSCA viret.
Æterna in cœlo carpentem gaudia Natum
Justa TIBI tandem tempora restituent.

Solatii e. scribeb.

CASPAR KESLER Senior
*Mariana Eccles. Pastor, & Con-
sistorialis Lignicij.*



Sic

Sic est T
In
At qui virt
Ante
Exemplò, V
GOT
Qui puer an
Anti
Quam citò
Temp
Qualis ubi
Jam
Illam si Bo
Si f
Non dubit
E N
Nec verec
Dec
Tu PAT
Pir
Sicvelò
Ho
Sed tamen
Ho
Fata vide
Sit
Bella vic
Q
Hac Tu
Pe
Non cur
F
Et jam c
Et




Sic est Telluris grave pondus & illud & istud,
Indignum terræ munere, Terra gerit!
At qui virtutis studio, qui moribus annos
Antevenit, terrâ conditur ante diem.
Exempló, VIR Clare, meis adamate medullis,
GOTTFRIDUS tuus heu! heu tuus! esse potest,
Qui puer anticipans annos animosq; Virorum,
Anticipat properâ Te quoq; morte Patrem.
Quam citò tam charus Natus, spes optima longi
Temporis, & generis spes oritura, cadit!
Qualis ubi viridi producitur arbor in horto,
Jamq; suos fructus sponte datura fuit:
Illam si Boreæ glacialis Spiritus urat;
Si ferrô cædat Villicus; iccta cadit.
Non dubito, moestum quin Te nunc imitus angat,
E Nati natus præcoce morte, dolor.
Nec vereor, ne serietatem frontis & oris
Dedeceant lacrymis ora rigata Tuam.
Tu PATER es; Luctus gravitatem nulla paterni
Pingit, Apellââ quamlibet arte, manus.
Sic velô Pictor vultus obducit Atridæ,
Hostia cum DIVIS IPHIANASSA DATUR.
Sed tamen ut sancte doleas, & more piorum,
Hoc Tuus, hoc NATI TE status ipse monet.
Fata vides, & quos questus, animiq; dolores,
Sit Nobis quadam lege necesse pati.
Bella vides, quantaq; cadant cum mœnibus Urbes;
Quanta sub indomito Milite Terra tremat!
Hæc Tuus, & quidquid Tua mens, aut nostra timefcit,
Per tot iunestas ire coacta vices;
Non curat NATUS, Patriæ nec vulnera sentit,
Funcre declinans funera nostra Suo.
Et jam cœlestis captat mera gaudia vitæ,
Et plus, quam poterat vivus amâsse, capit.

Sunt & ibi PUERI, coeli, pia Turba, Quirites,
Queis junctus laudat voce sonante DEUM
Jam dic, VIBINGI, doleas si largius, Utrum
Plus sortem NATI, plus doleasvè Tuam.

Condol. & consol. e. scribeb.

M. AD. THEBESIUS Eccl.

Lig. P. Paul. Pastor & Consistorialis.



Ad d. HOR. OD. XV. LIB. III.


Rector gymnadis Olsnica,
Tandem tristitia fige modum tuae,
Scruposisq; doloribus:
Defuncti Genitor desine Filii
Inter degere Praeficas,
Et menti nebulam spargere candida.
Non, si quid Rabelem tuam,
Te, Xystarcha decet: Filius ocyus
Intravit Superum domos,
Elias bijugis vectus ut igneis;
Illum jussit Amor DEI
Aeternae requiem sumere Curiae.
Nos cura mage flebilem
Circa Silesiam, nos lacrumae manent,
Nos jus continuum crucis,
Nos pravi reliquos sine tenus dies.

condol. condol. s.

GEORGIUS THEBESIVS LygIVs Verbi

DIVINI In Patria Petro-Pavlinvs Minister.

Goss



Gottfried Viebig

Versezt

Freudig bei Gott.

Item

Gottfriede Viebiegius

Ewig ist Friede bei Gott.

Der Gott zur Krieges-Zeit gelobe mit manchem Liebe
Bei diesem Schüler-Chor: Nun in dem Tempel singe
Der Gott ist vnd das Lamb: vnd wie sein Nahme bringe/
Recht Freudig ist bei Gott: Bei Gott ist ewig Friede.

Gotofredus Viebiengius.

ἀναγ.


Ego, ubi Fide justus, regno.

Patris Amor fueram, Generis spes, Stella Lycéi.

Nunc EGO REGNO, FIDE nunc UBI JUSTUS

ago.

Idem.



GOTFRIEDUM docti suavissima gaudia PATRIS
VIEBINGI, mortis falx inimica metit:

Ceu Rosa, ceu Violæ, cano ceu Lilia vultu
Ante diem pecudis dente tenace cadunt.

Flos homo, mundus ager, bona fors est gratia celi;
Sed mala fors grando, morsq; nociva pecus,

Autumni spernunt perpauci frigora flores,
Plurima ferventi sub cane turba perit,

A 3

Maxi-


IUS Eccl.
onfitorialis.

W's Verbl
Mla Ister.
Gotts



Maxima sed Zephyro strages spirante, Puellæ
 quando comis florum morte recente nitent.
 Sera colunt alij miseratæ tempora sortis,
 Ille sed & medium deficit ante diem.
 Plurimus ad teneræ tritissima limina vitæ
 Constrictus lethi fraudibus ordo jacet.
 Heic VIEBINGE tuus, si lactea membra requiris,
 Gnatus habet tumuli pallida jura sui.
 Sed mens ætheria celorum sede recepta
 In paradisiaco rure beata viret.
 Quis non delicias Veris post aspera Brumæ
 Marmora, naturâ constituyente, videt?
 Et tu non videas superantem funera gnatum
 Angelicos inter vota sonare choros?
 Mundus ager, satio mors est, sunt corpora semen,
 Spes segetem, MESSEM possidet alma Fides.

SEBASTIAN. ALISCHERUS
 Minister Lign. Petro-Paulinus.



Quem dilexisti Natum pietate paternâ,
 Non hunc, VIBINGI, Parca ferox rapuit;
 Sed DEUS ad propria transfexit gaudia Pacis,
 Nunc & in eternum quæis GODOFREDUS ovat.
 Siste igitur luctum, tali solamine fretus:
 Transibo ad Natum mox sine labe meum.

In solatium

Dn. Parentis luctuosissimi
 Lub. scribebat

MICHAEL HENE Vratisl.
 Reipubl. Lignic. Notarius.



Filius

Fil
 Ergo
 Is p
 O te
 Siccine S
 Sic
 In Fato M
 Ut ja
 Quam, n
 Tam
 Spes ea j
 Ut ca
 Talis jact
 Spes
 Sed quor
 Ex n
 Ad Te qu
 Filio



Filius in terris nil curat dignus amore
Pressuras Patriæ, Vir peramande, magis,
Ergò tuum luctum cum carâ tolle Maritâ,
Filius in cœlis gaudia plura capit.
Is pro nocte diem, vitam pro funere, lucem
Pro tenebris, requiem proq; dolore tenet.
O te felicem, cui talis natus in Orbe
Natus, quem Patrum ditat amatq; **PATER!**

*Hæc paucula condolentia & sinceri amoris
ergò f. Lignici.*

TOBIAS BARTHISIVS Hirs-
bergensis, VerbVM JesV Christi
In ÆDE pVræ, VIRGINIS pVræ
spargens.

Sicciné Spes tua, Corq; tuum, *Venerande Magister,*
Sicciné vita Animæ, delictumq; Animæ,
In Fato Nati ceciderunt funere acerbo,
Ut jam, quod speres, amplius haud videas?
Quàm, nil Sperando, durum traducere vitam;
Tàm Gnati durum est, heu! Tibi ferre necem.
Spes ea jam non-Spes tibi dicitur; exspiravit
Ut candela oleo deficiente suo.
Talis jactura est ferè ut ipsa amissio vitæ,
Spes & vita pari ceu pede semper eunt.
Sed quorsum tendo? Nil te sperare Parentem
Ex nimio luctu posse proinde? Nego.
Ad Te quid Gentes, quibus est Spes nulla? Salutem
Filioli certam Speq; fideq; tenes,

Spem

CHERUS
Paulinus.


Tratish

Filius

*Spem quoq; congressus alit Hora novissima Mundi;
Hinc Anima superest vis Anima ipsa Tua.
Insuper, ut Christi Servus, Spe divite polles,
Sperans in Domino; Spes ca vita tua est.*

Solatiij e. adj.

Petrus Thebesius Eccl.
Seifersdorffianæ hactenus P.



Frequens Lycæi cultor, & obsequens
Ardor Magistri, dum Sapientiæ
humaniori dat manûs, &
Aonias meditatur artes,
Futurus olim insigne Novensilum
Decus Sororum, raraq; gaudia,
Et literati clara coeli
Lampas, & unica res Parentis
En amputato stamine desit
Adesse nostris accola Sedibus.
Eheu Parentem! Eheu Parentis
Vulnera, cordoliumq; triste!
Spes, vita, virtus prima Parentium
hoc mortis uno robore concidit,
Et apparatus eruditæ
Indolis heu, dolor avolarunt!
Sic vector auri Nauta bibit mare,
Et cum beatâ merce simul perit,

Dum



ndi;
Dum molis expertes carinae
Innocuas saliunt per undas.
Sed salva res est, Clare Epicharmide
Te ritè moestis eripe nunc modis.
Non indecoro Natus orbem
funere tristificum reliquit
Mistus phalangi coelituum; Tua
translata ad altam progenies Scholam,
evecta Classes ad supremas
artifices modulatur odas,
Excepta blando Numinis osculo,
Adjuncta sanctis vox nova pulpitis,
Jam ludit exultim nitentis
Atria per spaciofa coeli.

LAURENTIUS BAUDISIUS

Lignici in illustri JOHANN.

verbi div. Minister.

Quam benè! VIBINGUS, Nati post fata superstes
Non finit in tumulo nomen, ut ossa, tegi.
Natum, in quem tulerunt omnes sua munera Divi,
Denatum merito flet queriturq; Parens.
Sed male, si crebris totum Te fletibus opples
Et nescis lachrymis imposuisse modum.
Letitiae dare signa decet, dare signa triumphi,
Ac rerum summo solvere vota DEO.
Filius, in terris doctos supereminet omnes:
Coelis Angelico gaudet honore frui.

M. MARTINUS Roshtman

P.L.C. Scholæ Lignici. Rect.

B


Et hui

Dum

Ethnica, quos perament, fuit arbitrata Vetustas,
Numina maturè tollere sancta solo.
Prorsus idem tali, sentit sacra Pagina, gnome,
Divorumq; docet, sacra Cathédra, Virùm,
Contigit hæc supero, Gotofredulo ab Axe VIBINGO
Ingenii Puero gratia tanta cati,
Ergò querelarum, Vir libans ritè Caménis
Desine, cum Parcistrisia parce queri.

De properab. Schol. Lign. Coll. Extr. Ord.

Johann. Crusius.



I.
M. JOHANNES VIBINGIUS.

et d.

Das foemt vom HERREN.

*Ut venit à Domino vitales ire sub auras,
Et patriam simili prole replere domum;
Utq; ab eo rursus vitale relinquere lumen:*

Virtus lic vitæ maxima, posse mori.

Wie das vom Herren foemt / das wir geböhren werden /
Und das wir vnsern Stamm erhalten auff der Erden:
Dann was hier sterben heist; also auch diß allein
Die gröste Tugend ist zum sterben willig sein.

II.

Cum triade

GODOFRIDUS VIEBINGIUS

In ead.

Dulce



Dulce musici decus ordinis.

III.

GOTHOFRIDUS VIBINGIUS

cum dyad.

Pfallam Deo meo quàm diu fuero.

Enthea Musarum Soboles ad maxima nata,

Dulce decus Matris, dulce decusq; Patris:

Dulce simul, qui musici eras decus Ordinis, eja

Enthea Coelicolum psalle Deo Soboles!

IV.

GODOFRIDUS VIEBINGIUS

cum mon. in ead.

Lebet in ewiger Engels-Freude /

unter der Person des Seel. verstorbenen.

Weil Mars auff dieser Welt den tact nur wolte führen /
Beliebte länger nicht mir da zu musiciren:

Die weil Er alls verkehrt / verkehrts auch Gott mit mir /

Das Er mit seiner macht mich nicht von ihm verführe.

In Gottes schönen Stadt da helff ich lieblich singen

Aluff dessen Engel Chor von unerforschten dingen /

Die auch die heilige Schrift fast nicht beschreiben kan.


Wer Engels-Freude wünscht / der folg auff rechter bahn.

Hisce paucis maestissimum Dn. Parentem

amicum veterrimum solari voluit

Balthasar Hildebrandi Jauran.

Eccles. Petro-Paul. Ligenic. Organæd.



216

Dies Anaxagoras die hattschafft überkommen /
 Das sein geliebter Sohn des Lebens wer' entnommen /
 Sprach Er / ist's neues dann : Dies wust' ich schon vorhien /
 Das er auß diesem Nichts in Kärzen müste ziehn.
 Dies eben werdet Ihr / Herr Viebing / auch bedencken /
 Und Euch omb euren Sohn nicht allzuhöchlich kräncken /
 Ihr wustets als er nur von euren Lenden kam /
 Das als ein sterblich Kindt Er seines Ursprung nam.
 Wiewol es ist an dem / es wird euch hefftig schmergen /
 Das Ihr müst sehn den Sohn im Lenz der Jahre sterzen /
 Und einen solchen Sohn / in dem der Jugend prachte
 Des Vaters allbereit sich blicken ließ mit macht.
 Jedoch bedencket nur den zustand dieser Zeiten /
 Da alles omb und omb ist volles Krieg' und streiten :
 Bedenckt auch Euren Sohn / der hat die Augen zu
 Sieht nicht solch ungemach / und schläfft in stolzer Ruh'.
 Er schläfft / doch wacher Er / lebt im Saphirnen Himmel /
 Spielt Gott zu ehren auff ein schönes Lobgetümmel
 Schwebt mit den Engeln auch in einer solchen Lust /
 Von der kein Schatten nur vns Menschen ist bewust.
 Last derothalben nun / Herr Viebing / übrig klagen
 Ob eures Sohnes tod das Herze nicht durchnagen /
 Und denckt daß stete klag' ein solches ende hatt /
 Das endlich der da klagt / raus werden klagens satt.
 Sagt nicht er ist zu früh' auß dieser Welt genommen /
 Und göne Ihm nur vielmehr die Ruh / zu der Er kommen.
 Wer jung kömpt auß der Welt / ist altt genug für Gott /
 Lebt immer Freuden voll / darff fürchten keine Noth.

Dieses übersetzte auß Christlichem mitleiden
 in Atheno totius Marchae clinodiö

CASPAR Kefeler
 der Jüngere von Lignitz.

E N D E.

Carmen Elegiacum quod scripsi Joanni Baptista Gebelio
Svidnic. Silesio Pastori Ecclae in Raciborow.

cum praedum Magistrum nancisceret Decano
M. Theodoro Berto 17 Calend. Maij
A. 624. aetate meae 19.

Ita bonis avibus GEBELI, quò Deus Autor,
Cui te fata vocant, ita bonis avibus.

Magnum opus adgrederis, sed, quod tibi cine fultus
Numinis atberei, fortiter expedies.

Ambuet orantis linguam locuplete Suada,

SPIRITUS Orator caelicus ille, tuam.

Seminium disperge **DEI** per cordium agellos:

Nec sine mole preces, aut sine fruge, dato.

Et vineta **DEI** assiduo accubudq; labore

Percole, quo fructus mille, supraq; ferant:

BAPTISTAM ex cathedra **BAPTISTA** imitare tonantem

GEBELI! vera pro pietate puta:

Instrue non-doctos, errantes corrige, fractos

Erige, confuta dogmata vera minus.

Sic vivente volent tecum partizier annos

Prospera dicentes quæ sacra dicta feres.

Sublatiq; olim manibus, sine pondere terram

Manibus optabunt, (sed bene serò) tuis,

Cum tuba te rupta tumbâ revocabit ab umbris,

IOVA, mei pastor dicet, adesto, gregis;

Ambrosiâ rursus te pascam & nectare; quare

Magna cape astrati pramia, carpe, poli.

Hoc penitis animi penetrabilibus opto, precorq;

JANE mihi multo n nomine charè! **VACE.**

ULB Halle

3

002 062 674





A EXSEQVIALIA
 ENDIS, EXCELLENTIS-
 LOGIS, Clariss. Spectatiss. Con-
 in veteri & literatâ Republicâ
 TORUM

PIETAT. PATIENT. MO-
 NTULO, DEO grato, Bonis
 bus gratioso

FRIDO
 THEOLOGI, & POLITICI, EX-
 BRÆI b. m. NEPOTI,

ANNIS PASTOR. EC-
 TROVICENÆ hæctenus, i. t. in
 ud OLSENITIOS DUCAL.
 DR. & INSPECTOR. FILIO
 BINGIO

cum
 HO SIC DISPONENTE
 vitæ hujus calamitosissimæ scenâ,
 celestis beatitatem, magno SUI DESID.
 atis, & incarnatione VERBI mirifici
 XIX. AUGUST. HOR. XII. ME-
 aotericô primô absolutô, avocatus esset
 singulari cura deâ, & christiana
 atis piô officio

P. P.
 I OFFICINA propriis literis exscripta.